

בָּעֵד

CONJUGIUM HOSCHEÆ,

CAP. I. V. 2.

Ex Consensu Ampliss: FAC. PHILOS.

In REGIA Academia Aboënsi,

Sub PRÆSIDIO,

DN. ABRAH: ALANI,

L.L.Orient. & Græc. Professoris

Ordinarii,

Διασκέψι simplici & brevi æquis Cen-

foribus Sistitur Enucleandum,

à

MATTHIA SIMOLIN, M. F.

Aboa - Finland.

Ad diem DEO volente 19 Junii,
Anni Currentis 1709.

Exc. Jo. WALL.

Viro
Pietate in D E U M.

Fide in R E G E M ,
Meritis in Eccles: & Patriam
Maxime Inclito ,

REVERENDISSIMO in C H R I S T O
P A T R I A C D O M I N O ,

D N . J O H A N N I G E Z E L I O ,

S . S . Theologiæ D O C T O R I
Famigeratissimo ,

D i o c e s e o s A b o ē n s i s E P I S C O P O
Eminentissimo ,

R e g i æ ibid . Academiæ
P R O - C A N C E L L A R I O M a g n i f i c e n t i s s i m o ,
C o n s i s t . E c c l e s . P R A E S I D I æ q u i s s i m o
& G r a v i s s i m o ,

D o m i n o & M a c e d a t i l o n g e B e -
n i g n i s s i m o .

שְׁלִוִתָּא



PATER in CHRISTO; Doctorum
Gloria Prima,
Diliciumque DEI, Deliciumque ho-
minum

Respicte reptantem, mansueto lumine, Terra,
En humilis pulsat limina celta Tua,
Tangere nam portū nequit mea pressa procellis
Alitus, & undosas fluctuat inter aquas.
Ausibus ignoscas devota mente precabor,
His tribuas ventram scilicet usque precor,
Quod Vir suus de DEI Tua numina potere supplicet
Audebam atque aris, ponere thura tuis.
Herculea est mihi mens major, quod pagina
parva.

Præfixa huic fronti, Nomina celsa gerat.
Nomina quæ niveis, dudu super astra quadrigis,
Virtus jure suo & splendida fama tulit.
Theiologū Palmarē decus, decus orbis amoenū,
Esto spes Musis, araque sacra meis,
Participem, summi fac me Patriique favoris,
Lanquida quo foveas, membra quiete mea.
Sidus inocciduum, Fennorū Maxime Præsul,
Vive vigore Tuo, ceu foliosa cedrus,
Præsidū ut veniat, præclaro a sanguine sanguis,
Quiq: soli vivat, Gloria Fenniaci.
REVERENDISSIMI in CHRISTO PATRIS

Humilimus cliens

M. S.

Maxime Reverendo, nec non Adm. & plu.
Rever. atq; Clariſſ. deque Rep. literaria
Optime Meritis,
VIRIS ac DONINIS,

DN. M. SIMONI TALPO

S.S. Theol. Prof. longe celeberrimo,
& Grat. Vallens. & Eccles. adjacent:
Paſt. gravifſimo.

DN. PETRO TIGERSTEDT,

S.S. Theol. Prof. Extraord. & Paſt.
Pijkenſ. ~~et~~ excellētissimo.

DN. M. ANDREÆ BERGIO,

Eccles. Töſal. Pastorī, earundemq;
Præposito celebratissimo.

DN. M. HERMANNO ROSS,

Scholæ Cathedralis Aboënsis Rectori
Accuratissimo.

DN. MICHAELI Brunnloſ/

Pastori in Nykyrckia vigilantissimo.

EVERGETIS & PROMOTORIBUS Benignis.

â Patre luminis,

Lumina Familiis Amplissimis Serena,

Florem Felicitatis Constantem,

Coronam Cœli Immarcessibilem!

O Mæcenates titulis & Munere magni,
Quisque pio obsequio, devenerande
Mibi.

Parcite propensi, quod sacra Palatia Do-
ctum,

Scandere tentavi, limina & alta virum,
Sacrificus querens aris imponere Vestris
Pectore submisso, Quæ pia thura fero.
Sepe puer summis contus Doctoribus of-
fert,

Exiles numeros, parvaque cæpta sua.
Sic dubitat meus haud ad Vesta venvire
libellus,

Tecta, humilisque petens limina celsa pede.
Nil dare non æquum est, quoddam dare, vile
putamus.

Muneris at Magni copia nulla mihi.
Hanc menteem solam Cor & aspicio bene-
migni.

Pectore nam toto Nomina Vesta colo.
Vivite Patroni felices atque beati
Laus vobis justum, non moritura manet
Vest. Nom.

obſervantissimus cultor
M. S.

Den
Ehreborne och Wälachtade Herren
Her Matthias Forsteini/
Wälbetrodde Crono Besallningz Man
öfver Wehmo Hårad / min Högtåh-
rade Her Swåger och wälbe-
wågne Gynnare.

Ehreborne och Wälachtade
Her Henrich Wechter/
Berömlige Kōp- och Handels Man i Åbo/
min Högråhrade Her Swåger och wäl-
bewågne Gynnare.

Måd och Frijd af Gildi wårom Fader/
och Herranom JESU Christo
i then Helga Ande !

Min Plick! her SWÄGRAR iag / heel
willig är at wissa!
Men twifstar mycket om/ at iag en som sig bort
Chr wälförtienta Läf med pennå röte u:sör/
Som welat hielp berree och under bordan lassa.
Iag beer med Sunst upptaar / min dicken som
framråder

Om

Om hög och wichtig ting i om Underbare
Värck.

Ey fljte i skriften ey / GUDs Ande hafver
märckt.

Ji att GUD så befale / och sädant sielf tilständer.
En GUDs Prophet skall ther / med Skänkan sig
att giftra!

Doch taga sekko-barn/ ey räknas för en skam/
När han bland Folket sig/ som fälsamt ståll
fram!

Uthe betrachta wil' hwad GUD behagat stifta.
Uptager willian min/ så och min ringa Gåfwa/
Med all benägenhet/ åskådar denna skrifte
På desse blad wäl seer/ de hempea Ehr en gifte
Af dyra HEDRANS Ord/ os giswes denne.
Håfwa.

If htereae inskar fidit/ at GUD som himlen
råder /

Med liuslig Alderdom / beidna wille Ehr /
Till många Nestors Åhr / och när han nytt-
ige seer

För Ehr / at han hoos sig / med Glädien Ehr
benådet.

Högtåhrade Her Swågrars

Tjensthörsamme Tjenare

M. S.

Ad Virum Juvenem

Ingenii, Doctinae ac Morum elegantia
in primis commendabilem

Dn. MATTHIAM SIMOLIN,

Cum

De Miro illo Hoscheæ CONJUGIO,
cum omnium applausu di-
sputaret,

Affabulatio.

Hanc Tibi materiem, cur ceperis ex-
cutiendam,

Vix ego consilium, noscere rite queo.
Forsitan Conjugii Hoscheæ Tibi tata
peroptas?

Sed non ingenio convenit hocce Tuo.
Ergo quo posles subtilem texere telam,

Hæc placuit solum materiesq; Tibi.
Apprecio ut maneant Te præmia di-
gna, ferasq;
Conjugii sociā mente animoq; piam.

Hæc, ut testaretur quanti faciat consi-
lium de hac declaranda materia i
Dn. Auctore initum, curis publicis
ac privatis occupatissimus adjecit.

JOH. HARTMANN



וחיו—לרצון אמרתִי וחתון לבן לפני
יהוה צורי וגואלי
Psal. 19. 15.

MEMBRUM PRIMUM.

§. I.

Extra omnem vel dubitatio-
nis, vel disputationis aleam
positum est, DEUM, ut mi-
rabilem reipublicæ Israëli-
ticæ conditorem: Ita justi-
injusticj populi moderato-
rem justissimum fuisse. Radiis etiam mi-
sericordiæ sparsis, eos, ante feralem
ruinam ad mali sibi jam impendentis
considerationem, invitat amor ejus Pa-
ternus; DEUS enim λαον ἐις Περιποίησιν, vel
ab exitio minis Propheticis retrahere,
vel à proposito pessimo, Typis calamiti-
tatem futuram designantibus, deterrere
obnixe annitebatur. Hujus rei certam
nobis facit fidem, tam Scriptura, ut re-

fragari nulla queat **ratio**, quam sensus
 ipse; cuius tamen ope, non omnia, qua
 ordinem, modum, seriamque DEI cu-
 ram, penetrabilia sunt. Horologii divi-
 ni, quod extra est, **videre** eminus, in-
 traspicere internam rotationem, non, li-
 cer. Mirabilem se in aula sua œconomum
 præstitit Admirabilis, suggerendo Pro-
 phetis, ut non verbis modo, sed & re-
 bus futura porrrenderent; nam actiones
 Prophetarum Typicæ erant, quando iis,
 quæ exterius divino mandato perage-
 bant, occultum adumbratur, utpote,
 scissione vestis Jeroboami, Regni Iſraēli-
 tici in duo regna discissio. Jeremias por-
 tatione jugi מוסרות (duo ligna jugi)
 & מיט ligni tertii, quo connectuntur,
 unum collo imponens reliqua ad Reges
 gentis finitos, alegans, ut Kimchi
 tradit, venturum Nebucadnezaris super
 Regem Judæ, ceterasque gentes domi-
 natum repræsentat. Hæcce & cetera fa-
 eta, et si speciem parum honesti vide-
 antur habere, intrinsece tamen turpis
 non sunt. Neque divinum Imperium &
 ju-

jubendi præcipiendive potestas, & ad impossibilia, quæ talia sunt moraliter, h. e. turpia, quæ salva honestate fieri non possunt, se extendit. Cum enim quæ jure naturali prohibentur sint intrinsece mala, hoc ipso à DEO nullo modo præcipi certum est. Typi varias acceptiones divisiones & Synonymias, à proposito alienas, lubēter præterimus, facturi satis, si inpræsentiarum Typum rei vere gestæ fuisse, juxta canonem veritatis immoræ, Typi ad Antitypum commodam faciendo applicationem, notum facimus. Quamquam revera apud Prophetas insolitum non est, ut quædam Typo conveniant & non veritati. Quædam veritati & non Typo, vel Typo in uno sensu & veritati in allegorico, ut in Psalmis. Ex gravissimis, confidente D. Sebast. Schmidio, quæstionibus cum sit hæc mulier /cortationum, vires meas omnino tanto oneri impares lubens agnosco, opus tamen non minus molestum ac periculolum in

timore Domini aggredior, exhibitus Typi præsentis expositionem quamcumque ב"ס ר.

§ II.

Sapienti ædificii Architecto, prima cura, solidum ponere fundatum, incumbit, ne minus solido superstrendum sit, successū in progressu operis habiturus omnino prosperiorem: Lux itaq; & Dux argumenti nostri, ipsius DEI revelantis verba, instar fundamenti existabunt, ex Prophetiæ Hoscheæ c. i. 2.
 תְּחִלַת רֶבֶר־יְהוָה כִּיהוֹשֵׁעַ וַיֹּאמֶר יְהוָה
 אֶל־הַיּוֹשֵׁעַ לְךָ קַח לְךָ אֶת־זְנַחֲתָךְ וְיַלְיוֹן
 זְנַחֲתָךְ־זֶנֶה תַּנְהֵה הָאָרֶץ מַחְרוֹן יְהוָה:
 Versio Sebast: Schmidii: *Principio loci
 eis est Jehovah: per Hoscheam. Et dixit Je-
 hovah ad Hoscheam; abi, accipe tibi mul-
 rem scortationum, et liberos scortationum:
 quia scortando scortatur terra, à post Jego-
 ham. (esse.) Auspicio structuram auxpi-
 caruri felici, ipsam vocum breviter
 ostendemus rationem, תְּחִלַת a verb.*

חַלְלָה in Hiph: *incepit*; hinc nom. תְּחִלָּה initium, apud LXX interpretes ἀρχὴ λόγος & Mar: 1. ἀρχὴ principium, ut hoc sit inchoatio actionis diuturnæ; diversa momenta habentis, a quibus possit concipi, ut multæ actiones una serie sibi succedentes cohærentes sint. Hoc a. constructum תְּחִלָּת cum quo construatur, obscure appareat, unde quidam hoc præteritum רְבָר Normæ fecerunt, vel cum Glaßl: per subintellectum אֲשֶׁר & 1 redundant, reddiderunt, quod D. Schmidio quia dura ellipsis displicet; quidam per 2 subauditum in principio. Ipse Schmid. nomen רְבָר ex antecedentibus cum suffixo 1 ad Jehovahm relato repetit, ut sit principium verbi sui locutus est, per vel ad Hotcheam. Hoscheas ex Hiph. a rad יְשַׁר salvavit, deductum est, Salvatoremq; ministerialem, per suavem, ex nominis proprii interpretatione, allusionem, scil: Doctoris verbi cœlestis Typum declarat, Emphasi a particula 2 aucta, quæ cum verbo ex Kimchi sententia construeta, Proprietatem vel quamcunque immediatam in-

spirationem denotat: ut 2 Schē. 23. 2.
 Repetitur vero nomen DEI, ne de-
 mandato, quod insolitum visum erat,
 vel minimum dubitarer. אָמַר ab
 in triplici occurrit notione, 1. loqui
 cum quo 2. Precipere; 3. cogitare, decernere.
 media a. heic significatio locum obtinet.
 Præceptum a. tale est: וְלֹא quæ sine
 copula positæ voces sunt indicium ma-
 ximæ festinationis: excitat etiam impe-
 rativus, & promptitudinem in re perfi-
 cienda postulat; וְלֹא accipe tibi, per ple-
 onatum, qui in hac lingua frequens
 & utriusque verbo competere videtur
 abi tibi, accipe tibi, ut Gen. 12. 1. ver-
 bum autem וְלֹא multoties de matri-
 moniali acquisitione usurpatur, ac
 ducere uxorem, importare videtur,
 vel pacta matrimonialia, vel pro se
 vel pro alio erigere. Gen 24. 3. & 67
 cap. 28 2. Verbum quod unius propri-
 um, per nexus accentuum, in Silluki
 ditione cum Sa'keph bis cum servis suis
 repetito, utriusque tribuitur: ut æque
 mulierem ac filios scortationum re-
 spi-

spiceret. **תְּשִׁנָּה** in sacris simul ac profa-
 nis scriptoribus sexus fere non condi-
 tionis nomen induit. **זְנוּנוֹת** *scortatis-*
onum a **תְּגִנָּה** tam corpore quam animo
 scortari, cum quis spreto aut derelicto
 conjuge scorta sectatur, aut idola, eis-
 que adhæret, relicto vero DEO, & ad-
 eo, secundum quosdam, generale est, ut
 quodvis facinorum genus designet. Tum
 hoc in loco non idolatriam solum sed
 reliquas etiam abominationes ac turpi-
 tudines, quibus populus se inquina-
 verat, denotare ex integra Prophe-
 tie *tauαΦεια* appareat, unde Prophetæ
רוֹחַ חֶזְנוּנִים seu *πνεύμα ἡρείας*, spi-
 ritum fornicationis, sicut plane Nahum
רוֹכֵחַ חֶזְנוּנִים appellat c. 4. & 5. ut Seleno
 placet. Hujus *singulare* in scriptura non
 reperitur, nisi quod Schindl: a singulari-
 tate, derivet, plur. **זְנוּנוֹת** (quod nec
 integrum, nisi cum suis affixis) abje-
 cto **תְּ** & germinato **בְּ**, *scortationes*, suc-
 cessive, *adulteria*, & *libidines* denotan-
 te. Hoc abstractum *plurale*, pro con-
 cre-

creto, superlativum prodit, juxta Ca-
 nonem, e: g: Psal: 5. 7. *vir dolorum &*
fraudis i. e. dolosus & fraudulentus; ita
 exaggerando scelus, omnimodam scor-
 tationem ac scortum prorsus infame,
 vulgati corporis, quod non nisi sed mul-
 tis admodum sui copiam dederit, in-
 dicat. יְלָד a יְלָד generavit, pederit, prius
 de viro, posterius de fœmina dicitur,
 hinc plurale יְלָדִים, nec de gignē-
 dis sed ut plurimum, de genitis dicuntur;
 passivamque relationem connotant ad
 causam efficientem; Et i ad parentes
 simpliciter eosque designatos nomine
 addito Ex. 2. 7, 2 Ad statum statum
 Physicum in quo erant, dum ab iis ge-
 nerabaris Gen. 44. 20. 3 Ad statum paren-
 tium moralem Esa: 57. 4. 4 Ad statum eti-
 am moralem parentis, unius tamen nempe
 matris רַלְדִּי אֶנוֹבִי, & quia uni ex pa-
 rentibus Matri soli convenit, non Patri, non
 spectatur ut communis, nec proinde respi-
 citur ejus communicatio h. e. non significa-
 tur bos filios fornicaturos esse. Deinde dia-
 non apparuisse veritas Prophetie illius, nem-

pe donec nati pubescerent & postea sese autoritati Paternae subducentes, scortatoriam vitam, agerent. Significantur igitur hac phrasis, nati ex Gomera impudica, seu ante Hebreæ conjugium, sive post, uxore immo-
 rigeræ scilicet aliis prostitente: quod cum eveniret, iussit tamen DEUS ut filios sic na-
 tots admitteret. Hæc Guslet: in Lex:
 Hebr: Hoc mandatum erat argumen-
 tum scortationis Israelitarum i. e. im-
 piæ eorum defectionis a DEO vero ad
 idola, expressum per י canale & repe-
 titionem verbi Futuri loco præsentis,
 quo Hebrei destituuntur, quomodo
 criminis etiam atrocitas, magnitudo,
 certitudo, cum continuatio exprimitur.
 vid: Glas: p: 628. Infinitivus v. ver-
 bum suum præcedens, actionis intensi-
 onem, celeritatemque, hebraismo cer-
 tius & efficacius affirmante, ostendit,
 quod diu sine fronte & pudore scor-
 tando scortata est, talisque perseverat.
 A post Jebovam phrasis Elliptica, in aliis
 linguis dura nisi suppleatur, h. m. מִזְוָתָה
 מִתְחַדֵּה וְאֶחָרֶיו וְאֶתְנָהָרָה
 us non sit post Jebovam, seu, ne
 B sequa-

sequatur, id est de seruo Jehova, ubi defectio populi, a DEO, se ad idola convertentis, nomine scortationis venit, quæ pro idololatria per Metaphoram ab actionibus malis desumptam adhibetur: ratio Metaphoræ est, quod DEUS sibi spirituali fœdere ecclesiam conjungit & veluti despontavit, ut ex ea sibi liberos gignat æternum vieturos. Si igitur DEO vero reliquo ad idola con fugiat, fœderis quasi conjugalis obliviscitur, quod *scortari post idola* in scriptura dici tuevit; ut DEUM corde venerantes sincero ire אחר post Jehovaham 2 Reg: 23: 3. ita Seph: 1. 6 טהרה per negativam clare exponuntur: DEUS marito, Ecclesia uxori hic c. 2. 2. Jer. 3: 19, confertur.

§. III.

Materiam ab omni macula puram, ad domum rite constituendam, invenire & parare, magni laboris opus omnino estimatur, ne in successu pariat difficultatem; quam nobis vocis אלה apud

apud magistros ac in Scripturis acceptio creat. Quidam enim a **נָה** derivant, quod proprio *meretruram facere* significare dicunt. Hinc **וְנָה** est eis quæ opificio aliquo seu industria quæstum instituit, neque impudicum aut indecorum; Hospita vel capona cibos præparans vel vendens, ein allgemeinen **Gastwirthin**/ quæ varii generis homines recipit, variisque rebus parandis occupatur, venditura, quicquid adventantes postulaverint, sic hæc **πάρη** a **πέρηνηι** vendere & quæstuariam artem exercere; Quidam a **גַי** quod apud Heb: inusitatum: Chald: & Syris *pascere alere & cibare* significat. Unde præcedentes significatus defumuntur: quod & itidem Schind: in lexico facere annitur, vertens: *caponaria*. Rabbini dividuntur in parres circa **אַסְתָּה** kimchi mavult a **זָנָה** duci eo trahit **Targum** aiens, **וְרַעֲנֵי לִפְיו שְׁחֹזְנָה כְּפֻנוּקְוִתָּא** *Et opinor quia meretrix est similes pandoceria, quatenus se se consumunt*

omnibus facit. Haec tenus ille. Hinc dicit
Glaß: ratione Etymi congrue notare
 potest *cauponam* (certi nihil ponit) etsi
 usus obtinuit ut per Syneckdochen ge-
 neris pro specie eam denotet, quæ cor-
 pus suum prostituit ad veluti vendit.
 In lexicographis tamen ad vocem נָשָׁה
scortari, quæ in scripturis 58. nisi con-
 cordantiae fallant, per omnes conju-
 gationes in famosa hac significatione
 occurrit, nusquam *cauponarie* significa-
 tio obvia est; alium ergo significatum
 contra perpetuum usum biblicum, ex
 alia lingua petitum, minus probe in-
 vehunt auctores. Videndum quid fiat,
 non quid sub hypothesi possit, nec
 loca a Schind: adducta ad radicem
 נָשָׁה quidquam evincunt, cum radix
 נָשָׁה extra Scripturam Chaldaicam
 in sacro codice non occurrat, nisi in qui-
 busdam derivatis. Græci Josuæ 2. 1.
 נָשָׁה mulierem *meretricem*, reddi-
 derunt πόρνη Jacob 2. Heb. 11. a πόρ-
 νεω scortari apud Demost: vertitque
 Pasor *Prostibulum*. Proprius ad rem
 ac

accedentes, non confundendas autem
 voces שָׁרֵךְ & תַּשְׁרֵךְ אֲנָה & פִּילְגָּשׁ Seld:
 ait de J. N. & G: L. V. 4. 567
 תַּשְׁרֵךְ e. quæ pro lubitu sine nuptiis
 copiam sui corporis faciat ex filiabus
 Israël. Hellenistæ pro תַּשְׁרֵךְ & שָׁרֵךְ
 Meretrice & scortatore lubituunt
 πόρνη & πορνεύω vocabula, quibus tam
 ea, quæ quocumque stupro compres-
 sa, quam scortator & prostibula com-
 prehenduntur, quod idem cum Hebræo-
 rum נְמִי scortari & stuprare, unde וּמָחָ
 fit, quæ fœminam sine nuptiis qua-
 litercumque compressam denotat, sen-
 su vulgari: occurritq; in scriptura 33
 in significacione memorata, exceptis
 quibusdam locis ubi vel ex mente He-
 bræorum extenditur, vcl juxta quos-
 dam aliud significatur. תַּוְתָּא. scortatio
 singulare 9 טַבְנָה scortationes in plu-
 rali II. in eadem scortationis significa-
 tione reperiuntur. פִּילְגָּשׁ Concubina Uxor,
 non iusta, nam legitima quidem erat jure gen-
 tiuum, nec non naturæ ac conscientia jure, sed
 non habebat omnem perfectionem Uxori in

Conjugio debitam, quia marito aequalis condicione non erat, sed remansibat in servitute,
Vocantur פָּנִים & נְשָׁנָה & aliquando contradistingvuntur iis, quia secundariæ erant, primariæ tanquam Dominæ subjectæ, quas conjugatus circa matrimonii vinculum procreandi gratia liberos ducebat, absque libello dotis & ceremoniis seu sponsalibus, quibus ab aliis distingvuntur uxoribus, filiique earum non hæreditatem, sed dona tantum consequebantur. Negantque plurimi eas metrices fuisse: Nec eam significationem huic nomini totam tribuere Scripturam constat, ubi 36. reperitur, nisi unum locum, ubi induit notionem turpitudinis Ezech. 23. 20. פָּנִים עַל וְעַדְכָּה
Bran i Lustar til sina Bolar / ut exprelsit Svecus. *Alii liberi Concubinarum fuerunt naturales, alii legitimi; Liberi naturales alii fuere ex concubinis, que nec ancille nec extraneæ, seu, gentiles erant, sed in uxores rite duci posuerunt. Nec à justis uxoribus abiebantur, excepto, quod sine multiplici ratione*

II. pachtis que doralibus justa uxor non fiebat,
 quæ in concubinatu pratermissa; Alii ex in-
 certu & coitu geniti; Alii ex Ancillis extraneis
 sive gentilibus. primi & secundi generis liberi,
 hereditates adibant; Tertii non istem; Ex men-
 te Seldeni. Tantum abest, ut Jud. 11. 12.
 de voce אִנְחָה evinci potest, hoc idem
 esse cum פִּילְגְּשִׁוֹת seu indotatis mulie-
 ribus, quæ בְּלָא קַיְזָרָן fie-
 bant. Nam: אֲנָשָׁה אֶחָתָה & בְּנָשָׁה זָנוֹנָה
Filius mulieris meretricis & *mulieris Alte-*
rii, est, vel quæ ei nullo matrimonii
 vinculo juncta, vel aliena & extera fuit;
 hoc cum οὐρόμενος sit, nihil certi po-
 nere audemus. Multum autem Magistri
 Hebræorum in vocis וָנֵח acceptance
 ad Levit. 21. 7. & alia loca similia dispu-
 tant; cum autem mentem Seldeni pau-
 cis Lundius complexus sit, ideo ab eo,
 nobis, aliis missis, hoc commodare non
 grave ducemus. Durch אִנְחָה Hure wirdt
 nicht allein eine gemeine Hure verstanden/
 sondern nach der Hebräer bericht. Seld.de
 Success: in Pontit. Lib. 2. cap. 2. Ein
 Weib auch so keines Israelitischen her-
 kom-

Kommens/ imgleichen ein Israelitin die mit einem Man zu thun gehabt/den ihr nach dem Gesetz zu haben verboten/ entweder in dem Lev. 18. verbotenen Graden oder mit verbotenen gewissen Personen/ alsz Berstossenen/ Verschrittenen/ Huren- Kindern/ Ammonitern Moabitern /ob sie schon die Jüdischen Religion angenommen/ Deut. 23: 7. seqq. (den also verstehen sie die Redens Art: in Gemeine des Herren können/ dass ist nach ihre Meinung unter den Kinder Israel herathen) mit dem Heiden die die Jüdischen Religion angenommen/ Deut. 7: 2 Exod 23: 32. & 34. 16. Ehr. 10. 10. Neh. 13: 25 Oder mitt heidnischen Leibeigenen Knechten/wenn sie nicht freigelassen worden: ob sie schon die Jüdischen Religion angenommen/ Lev. 19: 20. Imgleichen ein Weib/des mit einen gemeinen (wo von gleich ist) zu thun gehabt/ den sie sonst wol hätte kriegen können/ diese alle verstehen sie durch נָוִי Hure. Nullam nobis remoram injicit prælens definitio: cum significationem vulgarem non exclu-

excludat, sed includat; nec dum firmis fulcitum est rationibus à Magistris Hebræorum, extra has Leviticas leges in tota Scriptura haud in alia inveniri notione. Concludimus ergo ab hac emphatica locutione, robur nobis maximum conciliante, contra intentionem DEI non recedendum esse, quin heic proprietatem vocis אֲנָוְנוּ מִזְבֵּחַ retineamus. Singularis judicii vir D. Sebaſt: Schmid: singularem nobis reliquit de hac re expositionem: *Notum est, ait, I in V. Testamen: duplicitis generis fuisse matrimonia: quadam cum pactis dotalibus; Quadam vero sine pactis dotalibus. uxores 2. sine pactis dotalibus duæ domum non tantum פֶלְגָשִׁים pellices sed וּזְנוּבָות Meretrices appellabantur.* Vido Lex: Schindl: Rad: זָנָח Hinc D. Kimchius ad jud: XI. 6. scribit, *Jipthacum vocari filium mulieris זָנוֹחַ Meretricis, quod fuerit filius pellicis Gileadis; Marrem autem eius vocari זָנוֹחַ Meretricem, ideo quod non fuerit cum marito suo per pacta dotalia & sponsalia, qua in re par fuerit meretrix*

ries', et si sola cum solo 'vixerit, 'Putamus itaque 3 זְנוּנִיָּה שֶׁת mulierem scortationum h. l. nihil aliud esse quam pellicem fine pactis dotalibus & sponsalibus dictam. Cujus 4 liberi dicuntur istidem liberi scortationum, quod ex eismodi indotato matrimonio nati fuerint. Sic revera aliquid similitudinis inter hanc pellicem & scortum sit cum D. Kimchijo loquamur, fuit, sic viliter considerentur: licet in foro Theologico verius matrimonium fuerit. Hactenus ille.

§. IV.

Factis veritatis fundamentis, cautio Jerit, ne materiei minus congrua parumque decora aptentur; eis autem remotis, omnia ad lancem æquitatis ponderanda sunt; hoc ut effectui demus varias variantium & dissentientium sententias, in 4 classes melioris ordinis gratia dispelcemus, in Frontispicio Thomistas aliquosque collocantes, qui Prophetam vere scortatum fuisse autumant & non matrimonii, sed fornicationis causa Gomeram assūmisse Dominumque in lege sua dispensasse.

Palliantes hoc exemplo furti Israelitum, ad mandatum Domini Aegyptios spoliantium. Hoc ut sanctitati divinae injurium: ita scandalosum & absurdum est, In lege morali indisponsabili dispensationem statuere. Furtum Israelitarum factum vocari nequit, non enim נגנָב sed גְּלֹשׁ dicitur nec rei alienae ablato est, sed laboris compensatio, quam jus naturae, una cum lege divina positiva Mercenariis tribuit. Secundum Agrem conficiunt qui hac facta בְּחַרְבָּה vel כְּמַרְאֵה הַנְּכָזָב, per visionem Propheticam parabolamque dicunt, utpote Hieronymus, Ruffinus, Tremellius, Drusius, Hackspanius, immo Spanheimius ceteri. Parabola quidem est similitudo, qua res quedam apposite fingitur ut gesta & perfecta & cum alia re spirituali confertur & seu ad eam significandam accommodatur. E.g. hoc loco: Vade dic Israelitis, ecce illos mihi uxorem esse & filios, ac si tua uxor abiret & scotaretur cum alio: quibus haud obscure Chald: Paraphrastes favet, & hanc interpreta-

tione mere allegoricam Zanchius
 dicit esse omnium optimam; qua ta-
 men nihil coactius est; nec visio est,
 quia hujus natura est, factum ipsum vi-
 sione tantum, re ipsa a. elim eventurum, de-
 monstrare, qua ratione Prophetia hoc fi-
 gura quedam picta est; quæ nec necessa-
 ria, nec commoda; nec in spiritu ge-
 sta; quia DEUS nec mentaliter conce-
 ptum moraliter malum, nec turpem
 imaginationem inspirare potest. Ter-
 tiam constituunt classem qui referunt
 Hoscheæ uxorem non ex locatione
 quidem corporis meretricem fuisse;
 verum mystice & metaphorice tantu-
 fornicari hoc est idolis deditam, & gen-
 tilem. verum idem non repræsentatur
 per idem; nec hoc modo vocis קונוּ
 significatus exhaustur, & alia senten-
 cia ad literam restringens simplicior vi-
 detur. Quarto ad viros DEI in The-
 ologia summos transimus scil: Luthe-
 rum, Wigandum, Winckelmannum,
 Osiandrum, Tarnovium aliasque; qui
 Hoscheam mulierem duxisse honestam
 uxo-

uxorem, & ex ea legitimo thoro suscepisse liberos perhibent, imposuisse vero tantum nomina inhonesta in symbolum & figuram propter Antitypum, ut Israelitæ de spirituali scortatione admonerentur, cum nec in scripturis insolens Typum & Figuram rei repræsentatæ sibi vindicare nomen antitypi, ut CHristus dicitur agnus ob representationem in V. T. Vi hujus canonis Glass: p. 336 & 321. eandem defendit sententiam, aliam tamen p. 572 tanquam commodiorem acceptat. Verum pace tantorum virorum; cum hoc modo difficultas minime tollatur & DEUS hac ratione falsa præcepisset, & honestam mulierem tanquam prostibulum contra æquitatem populo proposuisset; nec nudum Nomen Populi idolatriam repræsentare potuit, sequente hac *σύρας Φαν*, junge tibi matrimonio honestam puellam, quia terra fornicando fornicatur. Nec tamen has sententias, præter primam, plane improbo, sed solertioribus discutiendas relinquo, in diversa abiturus ipse.

MEM-

MEMBRUM SECUNDUM,

§. I.

Sublatis è medio quibuscumq; impe-
dimentis, firmis ut ædificium ful-
cris stabiliarur, tam ordo, quam propriæ
causæ necessitas exigit. *Primum* igitur
verborum perspicuitati innititur Ful-
crum; cum sententia, hæc revera esse
gesta affirmans, nobis præ ceteris arri-
deat, Prophetam scil: matrimonio legi-
timo sibi jungere uxorem antea prosti-
bulum, atque spurious habentem. Iplum
enim Domini præceptum verbis pro-
priis, quod nec in diversa a me abeun-
tes, negare audent, hic occurrit, una
cum nomine mulieris, quod τὸ γυνών sapit;
nec quis vel aliud, quam hæc revera
designata fuisse, præsumit. Nec enim ver-
ba rebus destituntur, & quod ea que DEUS
exequendas iussit non solum Propheta rece-
perit, ac iusta exhauserit, dici vix potest. Ibid.
Nihil e contrario nos cogit, quare ver-
ba perspicua à proprio sensu detorque-
amus, cum in proprio verborum sensu
eouſ-

eousque manendum, donec per gravissimas rationes (quæ hic nulla) inde destrudamur; non intolens est, si unius lociduæ vel plures inveniantur interpretationes, modo Scripturis analogæ, quarum tamen ea ceteris præferenda, quæ præsentri Auctoris intentioni, scopo, propinquior esse poterit. Qui à litera propterea recedunt, quod factum bonis moribus aduersetur, cum ejus rei ne vestigium quidem appareat, spe cadent, quod intra probatum ibimus. Secundum ex scopo & intentione DEI repetimus, voluntis turpitudinem spiritualis fornicationis non modo verbis repræsentare, sed & facto ob oculos ponere; ut animi hominum tanto citius percellerentur & ad detestationem fletterentur; Quod propheta fere omnes non solo sermone quo audiebatur & visione, quæ videbatur, sed etiam conversatione, opere, factu & visu ratione prophetarum, ut DEIIS præmonstraret fusura ac hominum mentes magis permoveret ac disserraret. Auro Cariora sunt quæ in

Illustrique Reverendiss: Episcopi D. Doct. Jo. GEZELII, Septentrionis nostri luminis, Bibliorum opere, quod DEO Laus sub prelo sudat, & ab omnibus anxie expectatur, id iuxta scripturam ita reperiuntur : **G**ack och tag tig en **B**oleriens **Q**winna : Thet war forbudit i then Levitiske Lagen 3. Mos. 21. 7. at en Präst skulle taga sådana Qwinna; Men så kunde Holea, hvilken intet finnes hafwa warit af Aarons Såd/ doch en knæt Yngling / efter GUD3 besynnerliga Besällning/ taga henne i ett losligit Echtenskap: Dånsedt hon tillförene hade lefwar i Skörlefnat. **S.** om Rahab Jos. 2: 1. Matth. 1.5. Jephthah kallas och en Skötkios Son. **S.** Dom 11:1. Then Helige Guden befalte nu thetta at ther igenom förbråa Folcket theras Andelige Horerij. **N.** Afgraderhet. **S.** 2. Mol 20:5 Dch såsom Holea tog henne til Ecta at wända henne ifrån Hordom; så wille och GUD ånnu wara Folcket nådelig/ at the måtte wända sig till honom. Jer. 3. 12. 8. Tertium dabit obsequium Prophetæ; hic enim

enim verbum יְלֵךְ promittudinem mandati conficiendi exprimens, conjunctum cum נִתְחַדֵּה, Obvium est; & nota Accusativi נָשׁ rei veritatem indicat. Nec ullum adparet indicium sola predicatione haec fuisse à Propheta expedita. Glaß. p. 575. Nec nibili Nomen mulieris & filiorum aperte expressum fieri debet; Tarnov. in disp. Miscel. Bibl. pag. 631. Dicit argumentum nostrum petere principium, quod ramen apertæ scripturæ literæ contrarium est. Quartum ex nostræ sententiæ nullis difficultatibus oneratæ qualitate haurimus; & series loci & alia loca similia credi exigunt, signo aliquo in hominum oculos occurrente, eas res sæpe expressas fuisse, quæ inter DEUM & hebræum populum agebantur. Nec enim honestos mores, Leviticamque legem, quod in membro ultimo patebit, hoc impugnare assertum centeo. Quintum ex mandato Domini ad Prophetam repetito c. 3. non eodem quidem, petimus; ubi duæ, omissis aliis, ut nobiliores, Ita gratiore fortasse opiniones apparent.

D. Joh. Schm. Glass: aliique hanc à Prophetā diligendam ejus esse uxorē ajunt.

*Quia post initum conjugium & Tres suscepitos liberos se adulteris miscuerat. Hoschesa vero divortum cogitante, a DEO iterum recipi, diligi, retineri, redintegrato, per nodum contractum, cum ea matrimonio, precipitur: ut repreſentet Synagogam a DEO disponſatam licet adulterantem, diligi à DEO & manere sponsam. Subtilioris autem indaginis est D. Sebaſt. Schmid: ſententia qui non de Prophetæ uxore, ſed נשׁ qua- cunque indefinite ſibi à DEO oſten- denda, interpretatur, quam hone- ſto amore, quod בָּבֶן potiſſimum im- portat, proſequeretur Prophetā. Ama- tam ſocio, & adulteram רֵעַ discrimen inter Prophetam & ſocium ejus רֵעַ innuit ut alius ſit Prophetā qui nunc amare de- bet, alius maritus, quis olim dilexerat, & alius per quam olim facta eſt adultera; Hanc adulteram ſibi comparabit Prophetā, non contra ſu matrimoniali; cum nec eam a- more dilexit conjugali, nec fædus conjugii eam ea inuit, qualis bujus phraseos acceſſio, ex
bujus*

bujus vel alijs lingue usu probari non pos-
tis. Sed mercede conduxit eam ut inservi-
endo pro mercede data, dies plurimos solis-
taria sedereret; Et à scortationibus abstineret,
ad adumbrandum, quid DELLIS in animo Is-
raëlitis faciendi haberet. Cuius sententiae
apodosis ex Textu clarissime videtur
pacere, aliaque a Prophetæ uxore ex
Textus visceribus esse demonstratur;
Hanc ergo rationem solum probabili-
ter non apodictice urgamus, ad manda-
ti divini, c. i. propositi, repetitionem,
quamquam de alia re forte datam, in-
nuendam. Particula יְהָוָה refertur ad pri-
mum mandatum simile, quæ non tan-
tum actum continuum, sed novum de-
signet; Hoc tamen arbitrio cuiuslibet
permittimus.

§. II.

IN interiori domus structura, bullam
architectus extra lineam rectam pa-
titur flexionem, nec sine sui dedeco-
re potest, ut autem removeantur, in-
spiciendum. An יְהָוָה sint ex Proph-
eta suscepiti? an vero Propheta adopta-

vit spurios ex fornicatione natos ante conjugium? prius D. Joh: Schmid: cum Glass: Walt: & aliis afferit, Prophetam dimirum fulcepisse ex uxore filios, eosq; ob matrem meretricem, cuius infamem notam retinuerint, sic nuncupatos, præsertim cum illa ipsa in matrimonio scortata innuatur. c. 3. & filii ob futuram scortationem, matris indolem imitantes sic appellantur: Quod Tarnovio l. c. p. 622. displiceret. D. Seb: Schmid: dicit verbum ἡρὶ pro duobus ponendum esse, accipe mulierem & gigne liberos. Hebraismus est, quo attenditur generale, quod ad utrumque pertinet; accipe q. d. acquire mulierem scil: ducendo, & acquire tibi liberos scil. gignendo. Glass: putat esse Eli psin ex voce conjugata eruendam, h. m. חֹלֶד וַיְלָא genera natos. Quidam per Zeugma repetunt, h. m. sume uxorem & sume ex ea filios fornicationis: nec Textus Hebræus fac agnoscit, quam vulgatus cum aliis male inserit, & per inclusionem id τικὴ comprehendi nullis fut.

suffultus rationibus defendit Corn: à La-
pide. Quibus sua cum honore maneat
Auctoritas. Nos posterius defendimus.
& præter ea, quæ supra Memb. I. §. II.
ex Guss: adducta sunt, nullam gravem
causam coactæ talis ellipseos fore ex-
istimamus. cum verbum unius pro-
prium, propter exempla alia, utrisque
assignari, probe potest. Dicuntur enim
a summis, si assumti, utique non in ipso ma-
trimonio a propheta procreati, sed in
ipsa scortatione, alias scortationum filii
vocari non possent; quod Nomen ortu
tales esse indicat, non factos scortatores,
& liberorum non marris conditionem
exprimit. V. D. Calov. Bibl. Illu. h. l. U-
nius ejusdemque vocis in eadem senten-
tia non potest tam disparatus esse sensus,
ut acceptionem in matrimonium & su-
ceptionem per procreationem involvat,
quamvis nec ex aliis locis hæc posterior
significatio de hac voce probata sit. Mibi
vero ait Tarnovius, ita ex aliarum lin-
guarum Idiotisme pbrasim Hebreas fingeret
religio est; Veritatisque adeo comper-

tæ sunt verba in decumano. Illustrique
 Reverendiss: Episcopi opere Biblico:
Och Boleriens Barn/ the som Qwin-
 nan/ hadde fôr ån hon kom til Echtenstav
 med Propheten. Igeno thesse afmålades
 Israels Andeliga Horerij/ men igenom
 them soui blefivo afslade med Propheten
 betecknades/ Folketz åthskillige Straff/
 som sees af theras hemirckelige Namn/
 v. 4. 6. 9. His ex asse Suff: D. Calov: l.c.
Fili i testes erant fornicationis maternæ, quod
pro ignominia summa, pænaque ducebat Pro-
pheta, quod hos adoptare cogebatur. Ita Sy-
nagogæ, peperit filios Idololatras, quos DEUS
quasi cum dolore alat. Hæc sententia o-
mino ἐπιτεκνεός est nihil periculi im-
portans, cum Prophetam spurios ex illi-
citis complexibus generatos adoptasse
dicimus, quod viro quidem honesto in
extraordinario casu vitio verti non pos-
se reor. Vid. Walther. Harm. p. 43. §. 125.
Reg. 6. D. Lib. Proph.

MEMBRUM TERTIUM.

f. I.

Architecto, structura ædificii confecta, contra hostium minas, quibus in domum irruere conantur, se præmunire expedit, Tela igitur quibus nocent, auferenda sunt. Quorum primum ex Levit. 21. & Ezech. 44. perirur, quod nemini scortum זונת sed בתיולה vel אלמנה illibatam virginem, & ex genere sacerdotali, seligendam, sibi uxorem adiungere licebat. Quod & aliæ prohibiciones, de non ineundo fœdere cum quibuscunq; scortis, quæ per זונה ex mente Hebræorum Magistrorum intellecta volumus, inferunt. Jus item naturæ nos vehementer conversatione mulieris meretricis interdicit. Huic primo malo remedium ex ipsa lege quæremus, quæ non nisi Aaronem ejusque posteros obligabat, non dum a. demonstratum est prophetam hunc fuisse ex semine Aaronis, adeoque ex æqua iuris

ris interpretatione Prophetam sub hac
 lege non comprehensum fuisse conceden-
 dum. Conf: M: II. §. I. supra in τολυμόχθῳ
 Bib: opere Rev: Episc: id posterus pa-
 rum officit, cum in extraordinario facto
 mandato DEI obediendum, injungenti,
 ducere scortum uxorem, non illicite
 conversari cum eo, de qua re agemus
 in membro sequenti. Qui vero Prophe-
 tam tanquam ex semine Aaronis na-
 tum, aut minimum tanquam Pro-
 phetam aut Judæum teneri hac lege
 urgent, propter jus sacerdotii: Tum
 quidem DEUM in hac lege dispensare
 posse, constat; dispensatio est legis rela-
 xatio in certo quodam casu; Et ut Doct.
 Meisn. notat duplex est, propriè cum appro-
 batur actus qui adequate contra legem &
 principia, ita intrinsecè malus est. Talis
 nulla datur. Vel impropria cum approbatur
 actus, qui videsur quidem legi, quo ad matte-
 riale contrarius, non tamen est, si circum-
 stantiae singula attendantur. Hæc lex foren-
 sis, quo ad præcepta plurima, non antece-
 denter se habet ad voluntatem DEI tan-
 quam

quam à justitia & sanctitate dependens;
 sed est voluntatis divinæ arbitrium, &
 sapientiæ ejus admirabilis ratio in ea
 enitebat. Lex positiva & mutationem
 & dispensationem a DEO recipit; non
 quasi lex positiva mutetur, aut muta-
 ta sit ob intrinsecam justitiam, quasi in
 se mala sit aut fuerit; sed mutatio hæc
 facta est ex voluntate liberrima legisla-
 toris. quare non ex co[muni] conditione
 Humanæ naturæ, sed a solo legislatoris
 placito proficiens, certosq[ue] homines &
 peculiarem societatem respiciens, dispen-
 sationē admittit, unde jus dispensandi so-
 lum legislatori, competit, non promi-
 scuum quod & lex naturalis & regu-
 læ prudentiæ vetant, sed in casu ex-
 traordinario. Si dictæ leges abrogari
 possunt, utique in iis dispensatio fieri,
 quod minus est, potest. Nec omnium
 legum cærimonialium & forensium ra-
 tio juxta Waltheri regulam scrupulo-
 sius excutienda est; nec absolutum DEI
 mandatum est, de non contrahendis
 nuptiis cum prostibulo, sed quoad fa-

cerdotes solum illicitum in *Secu.* Quæ Tarnov. l. c. p. 619. de adulteris juxta legem tollendis nobis opponit, nostram thesin partim non teriunt, quia non negamus id, sed extraordinarie hoc factum fuisse, quod hæc lupa in viam reduceretur, autemamus; partim ita comparata sunt, ut quum nullam Israelitæ legis haberent rationem, queritur Propheta terram adulterio inundari, quod nullam nobis remoram iniicit.

§. I I.

Telum subsequitur jam acerrimum quo veluti balista, adversæ sententiæ Architectores domum evertere allaborant, hoc qua ratione eis eripiamus, jam ratio ineunda. Duo scil. in honestate actionum spectantur, legale de quo μελέτημα nostrum est adductum. Alterum morale de quo dicturi erimus, videri quidem subturpe potest virum tantæ dignitatis, qui aliis exemplo bonopræiret, notam inussisse sibi. Ad hoc responderet Grotius, approbante D. Casiov: in B. Illust: videri id quidem potuisse subturpe, sed quicquid DEUS *Ex*.

jubet, jubendo honestum facit, ut vulneratio Prophetæ 1. Reg. 20. 37. laceratio vestis Jeroboami 1. Reg. 11. 30. id quidem in hoc casu verum est. Sed ad alia, quæ intrinsece mala, extendendum minime. Quia scortum ducere malum & illicitū φυσι non est, præsertim si vitam moreschū emendaverit. Qui primi principii practici, Turpe fugiendum, essentia sua immutabilis & indispensabilis veritatem labefactari afferunt, inferendo ducere scortum ad minimum civiliter turpe esse, nobis non admodum sunt contrarii. Hæc quidem principia respectu DEI in quibusdam individuis dispensationem aliquoties admiserunt. Quælibet lex ex intentione ferentis obligat, DEI vero inscribentis legem naturæ vel principia practica, intentio fuit, non semetipsum obstringere, quippe qui supra omnem est legem, adeoque sibi met ipsi est lex, & in quo πάντα εἰς πάντας sed tantum hominem cui talis norma est indita. In hoc enim facto DEUS materiam aut objectum e sphæra

sua evexit & supra juris naturæ limites locavit, quod interveniente superiores præcepto, omnis facultas actionem suspendendi sublata sit. Nonnunquam talia Prophetis precipiuntur, que cum honestatibus & moribus & cum aliis præceptis videntur in faciem pugnare, causa interim gravissima subest ad quam præfigurandam obligabantur. Regula Walth. in Har. Causæ autem sapientissimo DEO extiterunt graves, cur id mandavit. Tum publicæ, ut populo nempe idololatriam non tantum vehementius exprobraret, sed etiam eundem commoveret, suamque uxori & filiis, quod ipsos, etsi fornicarios ferat, & beneficiis afficiat, ob oculos poneret: Tum private ut scortum illud a procis suis avocaret, & per Prophetam converteret. vid. sup: Opus Illustre Bib: Reverend. Episc. Neque id sanctitati Prophetæ adversum. Nam si universorum DEI verba sunt Theodoreti libidine perditam Adulteram suscepit Synagogam & non contaminatus est sanctitatis fons ex Impura hac & execrabilis, neque Propheta ex illa stupri plena

uxore maculam suscepit. Actiones morales non finibus tantum, sed principio, obiecto, circumstantiis & mediis ad honestatem moralem dirigi constat; Nec vero in ipso actu scorti, legitimo matrimonio, adjungendi, Finis, principium, obiectum, circumstantiae, moralis mali notam incurrere videntur. Finis intentio-
ni Divinæ respondens, non ex nostro ar-
bitrio censendus est indifferens, sed
quod DEUS eo intenderit bonum: Cau-
sa principalis mandans, & causa exse-
quens in extraordinario, hocce negotio
sele etiam ratione objecti & circumstan-
tiarum ad omnem accommodant hon-
estatem. Quomodo jam exspirat hoc
quod dicunt, inconveniens viderur, mu-
neri Prophetico & Prophetam reddidit
contemptibilem, si scortū obsoletum (qua-
le hic proponitur) duxisset. Sed ogge-
runt. Nihil DEUS præcipit, nisi quod
honestum est, nec jubendo turpia facit
honesta, quæ turpia sunt. *Turpia quadam*
sunt sua natura, que neque præcipit DEUS,
neque præcipiendo honesta fieri possunt: (quia

antecedenter se habent ad voluntatem DEI, dependentque à Sanctitate & justitia Divina quod contra Moralistas Jesuitas tenendum est, rationem honesti a nobis voluntate suspendentes.) Quaedam vero sibi secundum quid, & positiva ejusdam legis respectus, minus honesta sunt, natura tamen sua turpia & in honesta non sunt. Quia accidens iustificatione & auctoritate cohonestari possunt, quemadmodum ab ipsis spuriis per legitimacionem, id quod turpe est, tolli potest, & per matrimonium subsequens, turpitudo antecedentia honestari. Aliud ergo est scortari, quod per se in vito est. Aliud scortatricem ducere quod non in vito ponitur, nec simpliciter turpe, sed, certis Casibus, & ob certas causas honestum esse potest: Quomodo Turp non erat, cum Salmon unus ex principibus Israëlitarum Rabab famosam meretricem, aut cum David Bathsebam, quam adulteram fecerat, in uxorem duxit, que conjugia DEIIS ipse pro sapientia Messie honorabit. Hactenus Calov. in Bibi. Illust. Quibus rite observatis argumenta quæ nobis opponuntur non vale.

valere putamns; quæ quidem petita sunt
vel *ex libro naturæ*; qui matrimonium
cum scorto dissuadet. Quod ante le-
gem Mosaicam latam Judas, lege natu-
ræ Thamarēm esse combarendam,
ex consuetudine ibi vigente censuerit.
Vel Scripturæ; Quod ab omnis mali spe-
cie Hoscheæ abstinentum ne audi-
tores suos offendeter, siquidem Judæi
pro sua vafricie ei objicere poterant, ut
Tu scortum ducis & retines ita & nos
DEUS; Cum scortis non est vivendum,
Nuptiæ erunt honestæ. Et Quæ alia
Tarnovius in l. c. contra nostram ad-
ducit sententiam; Quæ tamen præter &
extra nostrum scopum & intentionem
sunt, & enodatio eorum, ex iis quæ
dicta sunt, haurienda.

Hæc sunt quæ de re præsenti Tibi
BENEV. LECT. coñunicare volui, non tan-
quam propria, sed apum more congesta
ut structura solum mea sit, materia alio-
rum; qua propter si quædam minus ad
veritatis cotem polita adpareant veniam
cer-

certissimam me impetraturum ab animo quovis benigno, certus confido. Cum in hac maxime ardua re subsidiorum defectus politiora proferre veterat, temporisque angustia, curæque alienæ animum impeditum detinuerunt. Judicet vero de his omnibus, qui volet, qui potest, & mea, si non probat, melioribus substitutis expungat, dubia certioribus convincat falla veris refellat.

וּלְאֹו " וּבְשִׁמְלוֹ

Dn. Auctor Dissertationis, Amicorum facile princeps.

Dum TE delectat doctorum conciliare
Lites; Ipse decus conciliare, potes.
Ingenium felix hæc præsens pagina monstrat,
pagina Castalii rore referta vade:

HENRICUS HEDDEEN Ab.

Perge bonis avibus rimari pondera Verbi
Pondera que spondent præmia iusta
viris.

GEORG. H. Alsp/ B.F.